COMMENTAR. IX

COLLECTANEA NONNVLLA

RAYMVNDI GVARINI.

NEAPOLI,
EX REGIA TYPOGRAPHIA.
1840.

Deerunt, qui bene coniiciant, si male coniecisse famae periculum struat.

Hagenbuch. Ep. Epigraph.

PRAELOQVIVM.

Commentarii huius occasio tituli olim quidam Britanni fuere, recens detecti, de quibus actum per nos iam ab anno usque 1826, sed luxuriosius fortasse, quam par fuerat. Contractius idcirco nunc, et quoad fieri potest, accuratius, cum aliis non paucis, nec generis unius, eosdem retractare, est animus ita, ut iusto Commentario suus non desit modus, quo cum caeteris incedere posthac honeste queat. Utinam simili ratione omnia nostra per vires, otiumque resumere liceret, quae plurima numero passim edita circumferuntur! Haec te volebam. Vale.

§. I.

BRITANNORVM EPIGRAMMATVM TRIVM RESTITVTIO, ET EXPLANATIO.

TRANSMARINA epigrammata haec tria omnino numero sunt, eaque de sacrorum familia, utpote quae *votiva* omnia. Sed Deum τον επιχωριον innuunt, *Nodentem* nomine, quod nunc primum datur inaudisse. Prius ad nos delatum, ut ex autographo exceptum asseritur, tale est.

I.

DFVO
NVDENTISCVLANVS
ANILVMPERDEDIT
DEMEDIAMPARTEM
DONAVITNODENTI.....
INTERCVIBVSNOMEN
SENICIANINOLLIS
PETMITTASSANITA
TEMDONECPERFERA..
VSQVE TEMPLVM NO
DENTIS

Sic restituendum, interpungendumque, claritatis gratia, arbitror,

Devo
Nodenti. S. Culanus
Anulum. perdidit
Dimidiam. partem
Donavit. Nodenti. Furib. detectis
Inter. quibus. nomen
Seniciani. nolis
Permittas. sanita-
tem. donec. perferam. ad
usque. templum. No-
dentis.

Nodentis ἡ ορθογραφια anceps. Nam qui heic *Nodens*, post *Nodons*, et *Nudens* occurret. In nominis τῳ ετυμῳ investigando non vacat incertis coniecturis, ut olim, indulgere. Literam S, quae sequitur, solitariam reor, reddendamque *sacrum*. *Devo* est *Deo* sine ulla cunctatione. Sic in aere Borgiano; *Deve Declunae* (1). INTER. QVIBVS. Soloeca huiusmodi in titulis literatis minime infrequentia.

Versus quinti supplementum res ipsa postulare videtur. Quandoquidem *Culano* anulus furto sublatus fuerat, latebantque fures, qui Dei beneficio, denique detecti. Sed Culani pudet, hos inter *Se-*

(1) In Vet. Monum. Comm. I.

nicianum , nescio quem, commixtum, quo fortasse familiariter utebatur. Anulo recepto, dimidiam pretii illius partem Culanus Nodenti votum vovet, sanitatemque a Deo sibi adprecatur, quo illi per semet hanc ad templum usque perferat. Culani itaque votum non *reale* dumtaxat, sed et *personale* quoque aestimandum, ut Theologi aiunt.

2.

D. M. NODONTI
FL. BLANDINVS
ARMATVRA
V. S. L. M

D. M. *Dei monitu.* ARMATVRA. Subaudi *ab*, ut intelligatur, Flavium Blandinum *Scholae armaturae* fuisse addictum. Scholam hanc de militari illo exercitio accipiendam, reor, de quo Vegetius (1), quodque prolusionem dixeris ad bellicas artes. Eo siquidem erudiebantur milites genus omne armorum, quibus cum hostibus foret re, non specie, confligendum. De Schola hac extat insigne Musei Borgiani marmor Puteolanum, quod heic reiterare placet in soloecorum argumentum, queis horrent interdum vetera quaedam epigrammata, non scalptorum socordia, sed auctorum solida inscitia:

---

(1) Lib. I. Cap. 13.

Schol. Armatur
Fl. Mariano. V. P. Praef
Classis. et. Curatori
Reip. Misenatium. cuius
Nobis. argumenti
Ponte. ligneum. qui. per
Multo. tempore. vetustate
Conlapsus. adque. destitu
tus. fuerat. per. quo. nullus
Hominum. iter. facere
Potuerat. providit. fecit
Dedicavitque. Ob. meritis. eius
Honestissimus. Ordo. digno
Patrono

3.

PECTILIVS
VOTVM. QVOD
PROMISIT
DEO. NVDENTI
M. DEDET

Initialis M est *merito.* Haecque marmorum Britannorum summa.

§. II.

Osca qvaedam Epigrammata retractantvr.

Actum de his olim alibi (1). Parcius nunc, et castigatius resumuntur. Tria priora Pompeiana sunt, quorum hoc

I.

ƧIIПIIꓘ · П · ꟽ

Nullus dubito, quin voci *Kiipiiz* nominis potestas sit tribuenda, eaque casus recti, quae nominum Oscorum communis desinentia. Est autem Latinis *Cipius*, quae Pompeiis gens vulgatissima. Nexum ꟽ pro *Numerio* habeo, quod alterum *Cipii* nomen, sive *praenomen*. Si quis pro *Marco*, vel *Manio* stet, huic minime repugnaverim. Solitaria П mihi *Poeta* est. Cur ita sentiam, haec sunt in causa.

Titulus prostabat Pompeiis ad angulum e regione Aedis, quam vocant, *Poetae tragici*, idcirco quod in ea Histrionum larvae, aliaque complura rei theatralis instrumenta reperta fuere; quae eadem Aedes modico intervallo abest a Pompeiano theatro. Inde coniectandi ansa, domum theatralibus appa-

---

(1) Comm. IX an. 1826.

rationibus destinatam, et του προγυμνασματος loco stetisse, quo fabulis deinde publice agendis proluderetur. Titulum propterea non immerito pro denuntiatione (*affisso*) acceperis fabulae cuiusdam Oscae *Numerii Poetae Cipii.* Quae nisi displiceant, titulum sic latine reddas:

Numerius Poeta Cipius

2.

ƧI · IVꓘAN
ƧI · INIBΠA · ƧIAƧ
N

Desinentia IƧ de more a themate discreta nominum, quae in titulo commemorantur, qui sic reddendus: A. AKVIIƧ. ƧAIƧ. AΠBINIIƧ. N. Reddiderim;

N. Acuvius (vel *Aquius*)
Sext. Aphinius.
N.

Nam NAKVIIƧ est mihi *Numerius Akuvius*, vel *Aquius*, ut *Nitrebiiz* est sine dubio *N. Trebius*, non *Nitrebius*, ut olim Auctori *Diss. Jsag.* persuasum. Cum autem titulus Pompeiano parieti fuerit adpictus, ad illorum classem facile referendus

videtur, qui se, suaque aedium dominis, aut magistratibus, commendabant. Si cui ᑭKVIIϟ reddere placeat *Aquilius*, ego cum hoc serram non traham. Solitaria Ŋ fortasse hic *nostri*.

3.

XXWVVᗡI · N · ИИ · II · V
INИИIƎIƎB · Ŋ · ИИ
ИИƎЯИƎЯ · ᑭ · IIII

Sero intellexi, epigramma in Amphitheatro stetisse, quo intellecto, quae de eo quondam conieceram, post damnavi (1), et ad Gladiatorum munera respexisse, facile mihi in animum induxi. Primae lineae voces postremae in nexu positae, absque dubio, sic in duas resolvendae. *Iruunu* XX. et *Iruunu* censeo reddi posse *Gladiatores*, sic fortasse dictos ab *ira*. BEIEIИИNI, gignendi casus videtur, nomen referentis viri Osci, qui ludos erat editurus. REИREИИ est *dendem*, *dab*. Sic igitur de Osca in romanam dialectum verterim:

Spect. iter. Mens. Nov. Gladiatores. XX
Munus. Numerii. Hymni.
IV. Non. dab.

(1) Fast. *IIvir. di Pompei* facc. 28.

Hymnus cognomen occurrit Liberti *Regis Ptolemaei* (1), et alibi porro.

4.




Musaei Spinelliani. In paterae fundo, quam *Marti Terminali* sacram fuisse, arbitror, qui Osce *Mamercez Hurriniez*. Nam characterem 𐌇 Oscis pro adspiratione fuisse, nemini dubitandum. Duplex rhotacismus in nexu est. In Tabulis Icuvinis est *Marte Hurie*, quod Latinis vetustissimis fuit *Marte horse*. Vocem hanc Lanzius (2) *απο του* Graecorum *ὅρου* derivat, qui *mons*, aut *terminus* esse queat. *Hurriniez* vox derivata inde videtur, quae *terminalis* est, aut si velis, *montanus*. An *Silvanus?*

Longe omnium gravissimum facessit negotium hoc, quod sequitur; prolixi nempe epigrammatis pars exigua, eaque postrema, quae legitur in marmoreo Herculis pueri signo Musei eiusdem Spinelliani, cuius haec historia ab eodem Spinellio hausta. De Pompeiorum illud ruderibus erutum Ferdinàndus I viro nobilissimo Hamiltonio; hic deinde Capycilatrio, Tarentino quondam Archiepiscopo, dono dederat, a quo demum sibi impetravit Spinellius V.

(1) Fr. Arv. facc. 631.

(2) Sagg. di L. Etr. T. I. facc. 253.

C. quem penes adhuedum adservatur. Imposita pueri capiti leonina pellis, quae hinc inde puerum complectens a parte postîca ad poplites usque, in nodum utrinque desinit pubem versus. Pellem puer sedens sustinet dextro brachio sursum creeto; laevi una superest palma popliti innixa superior. Cervix longa, et agilis, venter exporrcctus connitenti similis; lineamenta omnia robusta, in quibus Herculem facile agnoscas, sed Hcreulem tamen puerum. Signum, qua qua versus fere literis notatum, quae Ieuvino magis, quam Osco alphabeto, propiores. Inter has frequens forma O, qua caruisse Oscos, compertum est. Quae de signo hoc literato licuit extundere, paucula haec sunt, eaque ad reliqua persequenda salivam ciere queant:



Linea 1. a carpo ad brachii dextri partem extimam progreditur. 2. ab humero ad ilium dexterius. 3. in femore dextro. 4. demum in sinisteriori. Quae in unum conglutinata sic se habere ὕλικως videntur:

L . Fulzaiprep . ouf . K . Miniuiz
Fryxsaon . Rem . ipaelosp . mu
Fomaf
Tns . mouf . irafo

Prima litera initialis ⅃ praenominis potestatem videtur prae se ferre, quod Hetruscis *Lar*, Romanis fortasse *Lucius* (1). Desinentia in *p* vocis *Fulsaiprep* viri nomen designare videtur, qui Latinis fortasse *Fusius*, vel *Fulvius*, aut huiusmodi aliud. *Ouf* pro Graecorum τῳ ὑιος, *filius*, acceperim, unde *k* insequens pro *Caii* reddi possit. *Miniuiz* osce, Latine *Minius*. *Fryxsaon*, quasi Φρυγων *Phrygum*. *Rem* fortasse *Rex*. Nam Ennio *Hores Purrhus* fuit: *hoc rex Pyrrhus*. *Ipaelosp*, vox facile composita απο του παϊ, quod est *puer*, quod rei nostrae perbelle quadrat, et *losp*, quae nominis terminatio, quod λωιστε, *optime*, possis interpretari. *Muf*, nisi fallor est *ego*, nam Oscorum nominum frequens desinentia in *f*. An verius *modo*, *nunc*? *Fomaf* videtur Graecorum τῳ ὁμοιωματι respondere. *Signum* ergo, sive *simulacrum*, reddi possit. *Tnsmouf*, quam in duo dispescerem: τῆς *tui*, vel *tibi*, et *mouf*, quod ex sua terminatione pronomini *ego* respondere queat. *Irafo*, nisi caecutio, idem quod Graecorum ἱεραω, *consecro*. Haec igitur tituli sententia singulari huic signo adscripti:

(1) Conf. Mazoch. Opusc. posthum. T. II. Diatr. V. pag. 155.

L . *Fulvius* F . C . *Minius*
Phrygum . *rex* . *mi* . *praestantissime*
Signum
Tibi . *Hoc* . *ego* . *consecro*

Fulvius, vir trinomius, romanam videtur civitatem indeptus. Monumentum idcirco recentius, quam quod videri primo intuitu queat. Sed scrupulus heic avellendus de voce *Fryxsaon*, quam reddidimus *Phrygum*. Ecquid enim, inquiet quis, commune Herculi cum *Phrygibus?* Qui sic arguit, haec sibi reposita habeat.

Plures diversis locis, temporibusque Hercules extitisse, nemo ignorat, quorum omnium gesta in unum Herculem suum Graeci post, insita genti vanitate, contulerunt. Iam vero de Hercule Aegyptio tradit Bocus (1), apud Phryges characterum habitum auctorem. Cur igitur epigrammatis auctori hoc Herculis in Phryges beneficium in mentem venire non potuit?

. . . . Si quid nosti rectius istis,
Candidus imperti.

(1) Lib. VII. *Gen. Deor.*

§. III.

DIVERSORVM COLLECTANEA PER SCHOLIA DIGESTA.

Schol. I. Tabulam aeneam Ligurum Baebianorum, et Cornelianorum alimentariam primi iamdudum edidimus (1). Ea tamen manca, quippe cuius, praeter columnam sinixteriorem, versusque septemdecim dexterioris, caetera, quae eiusdem exscribi potuerant, praetermissa a descriptore fuerant. Addendi nunc versus alii duodecim, continuandique cum superstitibus deorsum columnae dexterioris. Reliquorum spem fecit Tabulae dominus; sed nondum fidem suam liberavit. Qui duodecim ad nos transmissi, hi sunt:

C. IVLIO SATVRNINO FVND PVBLIANI ADFINE HS CLXXV
Ne. RATIO MARCELLO AEST HS LXXX IN HS VII
IVLIAE HECATE FVND CORONIANI ET CERILLIANI HS C
ET CASAE CRISPINILLI PAGO ROMA ADF CAES N
AEST HS XXIX IN HS ∞ ∞ ITEM FVND
CLODIANI PAGO HERCVLANEO ADF FVRTIL
LIO LVPO AEST HS XXIII IN HS ∞ ∞ FHS III
IN HS IIII
P. CAMVRIO FORTVNATO FVND LVSIANI ET HS CLXXV
CASAE POPILLIANI CNE PAGO MEFLANO ADF
VALERIO VALERIANO AEST HS LXXX IN HS VII
TRIBONIO PRIMO FVND APVLEIANI ET CASSI HS CCXXV

(1) Comm. XVI. §. II. pag. 80.

Desiderantur adhuc versus, ut arbitror, fere quadraginta, de quibus nondum despondi animo. Suspecta mihi in quibusdam lectio. *Pagi Meslani.*

Pagi huius saepius in hac Tabula mentio occurrit. Hoc in mentem revocat *C. Iunium Tadium Meslianum*, qui inter Fratres Arvales cietur an. 78. Aer. Vulg. (1). Sed hic idem non *Meslianus*, sed *Mesitanus* in Tab. alia (2) dicitur, ex quo vir summus Marinius coniicit, *Meslianum* forte recudendum esse in *Mesitanum*. Mihi contra persuasum est, *Mesitanum* recudendum esse in *Meslianum*, idque Tabulae huius nostrae praesidio. Fortasse Iunio alicui Tadio a Pago nostro *Meslano* cognomen alterum adscitum. An potius a *Meslano* aliquo nomen Pago quaesitum? Probabile utrumque; neutrum fortasse verum.

Notandus Pagus v. 4. cui *Roma* nomen, et pagus *Herculaneus*, qui forte Mons Herculis nunc *Montesarchio*. HS CLXXV intellige 175000, et ita porro. Versu 10: *Casae Popilliani* CNE. *Casa* vox est agraria, de qua confer Innocentium Lib. XII (3). *Casae* literis inter se discernebantur pro finibus diversis designandis. Alius igitur finium modus *Casae* C, alius *Casae* N, alius demum *Casae* E, qui omnes fundum, de quo agitur, pro suo quisque modo,

(1) Fr. Ar. P. I. Tav. XXII.

(2) Loc. cit. pag. 129, 150, et 161.

(3) Goes. pag. 220.

attinebant. Quid autem sibi velit *Casa* quaelibet, sua litera peculiari designata, confer locum Innocentii supra commemoratum. Ad v. 3. P. Neratii Marcelli videtur iniecta mentio, qui cum Surano Consul processit an. Aer. Vulg. 104.

Popillianum censeo *Popillium*, nescio quem, qui de Gente *Popillia* adoptione in aliam transiit. Qua in re id quoque notandum, privatorum fundos a dominis suis nomen sortiri solitos, praesertim si illorum modus non ita magnus foret: at villas splendidiores, latioresque ab Oppidis fuisse denominatas, praecipue si illarum domini Romae degerent, ut *Puteolanum*, *Cumanum*, *Pompeianum*, et quae quis recenseat?

Nulanius lin. 4. mihi est *Publicus* Nolanorum libertate donatus. Et quando de *Publicis* incidit sermo, non abs re fuerit, *Publicum* Aeclanensem memorare, qu *Viri* post *Perfectissimi* dignitate fuit auctus, et *vices egit* Praefecti Praetorio, et *Iudex* praeterea fuit constitutus *sacrarum cognitionum*. De quo sic legas apud Florezium (1), quem ciet Marinius:

Q . AECLANIVS . HERMIAS . V . P
A . V . PRAEF . PRAET . ET . IVDEX
SACRARVM . COGNITIONVM

De versuum numero nihil spondeo, quos videsis in

(1) Hispan. Sag. Tav. XII pag. 224.

Opere laudato, quod non est in manibus. Sed fortasse Q. hic Aeclanius Hermias, non ipse Aeclani *Publicus* fuit, sed Pater eius, qui proinde *Libertus*. Hermias V. P. hoc posito, non *Libertus*, sed *Libertinus* habendus, utpote Liberti Filius.

Schol. 2. Romanellii fide, aes quoddam Anxanense memoravimus (1) *de Frentanorum Emporio* in hunc modum:

ANXANVM
EMP. FRENT
L. ARIO
ET. M. GAVIO
COS

Atqui frustra Consules hos in Fastis, aut alibi gentium, requiras. Et puto, descriptoris sive imperitia, sive oscitantia, pro *T. Arrio*, et *T. Flavio*, qui Coss. suffecti fuere kal. Mais aer. vulg. an. 69, irrepsisse L. Arium, et M. Gavium. Quod si collineat, iam de aeris Anxanensis aetate certo constabit.

Schol. 3. Dubitatum alibi per nos est (2), utrum revera Pompeiis olim IIviri I. D. processerint *P. Vettius Celer*, et *D. Alfidius*. Nunc dubitationem omnem dispellit novum hoc marmor, de genere item *Sacrorum*, Pompeiis nuper detectum, quod tale est:

(1) Comm. XIII. pag. 47.
(2) Fast. IIvir. di Pomp. facc. 92.

*

APOLLONIVS
BADI . PRIMI
MIN . AVG . D . D
IVSSV
D . ALFIDI . HYPSAEI
p . VETTI . CELERIS
. . VIR . I . D .
. . . .
. . . .

Hinc non certo dumtaxat constat de biga hac IIvirali, sed et *Alfidio* discimus cognomen adhaesisse *Hypsaei*, quod illi commune cum *Veranio*, Pompeiano item Duumviro. Ad voc. *Apollonius* literae NI innexae sunt.

Gens *Badia*, alioquin minime frequens, nunc primum obviam se dat Pompeiis. Sed et biga altera IIvirali aucti Pompeiorum Fasti parietini huius tituli beneficio :

N . HERENNIVM . C . CALVENTIVM . II . V . I . D . OVF

Sic enim sanandus hic titulus minus prospere exceptus. *Caium* porro hunc *Calventium* eumdem arbitror, ac C. illum Calventium Quietum, Pompeiorum ante Augustalem, cui *Bisellii honor Decur. decr. datus. est* (1). *Aedilicius* quoque auctus catalogus hoc altero :

(1) Fast. IIvir. facc. 102.

SALLVSTIVM . CAPITON . CASELLIVM . MARCELLVM . AED . D . R

Et Sallustius hic idem fortasse, ac Q. ille, qui Pompeiorum deinde processit II. V. I. D. QQ. et Patronus (1). Tegulis Pompeianis adde hanc, quae detecta narratur an. 1755. Mens. Iulio, *Auli Taiti Phileti :*

ATATI. PHILETI

et funerariis hoc:

SERVIL'A. AMICO. ANN.
Forte *Animo.*

Nec minus laudabile, sua novis augere, quam vulgata in melius recudere. Primum fortunae, alterum iudicii munus est. Antequam igitur Pompeiorum rationes dimittantur, duo adnotanda. 1. *Cn. Melissaei*, et *M. Staii* prior IIviratus, de quo minus prospere alibi (2) statutum, referendus omnino est ad an. V. C. 757. Haec monitu Viri Cl., meique olim amantissimi, Clementis Cardinalis, quem e vivis contra spem nuper sublatum, numquam satis mecum res literaria publica dolebit. 2. est huiusmodi. Inter Augusti Ministros prodit in scenam SPERATVS CAESIAEMVS sine ulla interpunctio-

(1) Ib. pag. 41.
(2) Ib. pag. 90.

ne. Interpungendum putat sic V. C. Collega meus Avellinius: *Caesiae. Mus*, quam vocem pro *Musico* coniicit posse intelligi, nempe *sacrorum*. De interpunctione, laudo pedarius omnino Senator. De vocis potestate haec in mentem veniunt. Si *Speratum*, Caesiae servum, *sacrorum Musicum* amplectimur, eccur fastidio erit *Sittius* M. S. i. e. *monaulus sacrorum*, et *Volusius* T. S. *tibicen*, vel *thurarius sacrorum*, uti nos interpretabamur in re Pompeiana huic omnino simili (1)? Confer, quae ad hanc rem disputata sunt alio loco (2). Ad rem porro quod attinet, CAESIAE. MVS. reddendum mihi videtur: *Caesiae Musae*. Sic *Suavis Caesiae Primae* (3). Ergo ut *Prima* Caesiae est cognomen, ita et *Musa* alterius *Caesiae* cognomen erit, cui nihil cum servo *Sperato* commune intercedit. *Caesia* igitur haec libertinam, non ingenuam, prae se conditionem ferre videtur cognomine suo.

Initiales illae ad rem sacram Pompeianorum pertinentes, et iam nunc vulgatissimae, D. V. V. A. S. P. PROC. sic olim a nobis redditae: *IIvir. vot. Aug. sacris. public. procurandis*. Nimirum tertiam singulariam V. pro *votis* interpretati sumus. Forte melius VRBANI, ut hoc pacto *Vrbani* Pompeiorum IIviri eiusmodi a *Suburbanis*

(1) Com. VI. pag. 56.
(2) Ibid. pag. 91. et seqq.
(3) Comm. VII. pag. 7.

distinguerentur *Pagi Augusti Felicis*, quorum *Ministri primi* occurrunt ad an. V. C. 747. ut ex adposito titulo:

DAMA . PVP . AGRIPPAE
MANLIANVS . LVCRETI
ANTEROS . STAI . RVFI
PRINCEPS . MESCINI
MINISTRI . PAGI
AVG . FEL . SVB . *urb* . ANI
PRIMI . POSVERVNT
TI . CLAVDIO . NERONE . ITER
CN . CALPVRNIO . PISONE . COS (1).

Augustalium non idem ubique numerus. Fere *sex* in Oppidis obviant, unde *Seviri Augustales* nuncupati. At Peltuinis, et Amiterninis (2) tres, non amplius, numerabantur, adeoque *Treviri* dicti. Pompeiis ergo arctior adhuc horum numerus fuit, qui, Augusto in vivis agente, primitus creati. Sed eccur, inquies, non additum *Augustales?* Quod ex singularia A proxime insequente, aio, et quae *Augustum* innuebat, cuivis in oculos id incurreret; et ineptum praeterea, insulsumque auribus inaudirent *IIviri Augustales Augusti*.

Penultima initialis P, nil vetat, ut *publice* red-

(1) Confer. *Fast. IIvir.* pag. 71.

(2) Città d' Aveja. pag. 129.

datur. Sed verius pro *Pompeian.* accipitur. Ut enim alii *Pagi Aug. Fel. Suburbani ministri* a Pompeianorum *ministris*, ita *Pompeiana sacra* secernenda fuerant a sacris *Pagi Augusti*, quod utriusque Oppidi nominibus indicatis insinuabatur.

At si qui fortasse *Augusti* nomen velit omnino a formula hac deiicere, is reddat sic:

II. *Vir. Vrb. a. Sacris. public. procur.*

Quo facto, formulae quidem fines aliquantisper promovebuntur, sed res ipsa in integro manebit. Quandoquidem agi in illa de *Augusti Sacris*, dubitare non sinunt *Ministri* cum *Augusti*, tum *Fortunae Augusti*, titulis omnibus perpetuo praepositi. Initiales porro A. S. reddi ita posse, ut factum vides, docemur e Tabulis XLII. et XLIII. Fratr. Arv. in quarum altera est A. SACR.; in altera A. SACRIS. Taedet tamen, viris quibusdam eruditis scrupulum iniectum e Pompeianis titulis quatuor, qui sic habent:

AEDIL . V . A . S . P · P

ex quo ipsis coniiciendi locus, IIviros hosce eosdem fuisse, ac Pompeiorum Aediles. Inde enim hoc unum evincitur: qui Aediles erant, interdum et IIvirali etiam hac dignitate auctos, aut e converso. Quod si secus esset, cur IIviri eiusmodi aliquando, non

semper, *Aediles* nuncupati? Relegant hi, quae de hac re alibi disputata sunt (1).

Obiter demum tangam, qui in Pompeianis sacris *Ministri* dicuntur, hos *Popas* omnes aestimandos, qui κατ' ἐξοχὴν Ministri ἁπλῶς audiebant (2). Nec sine causa: quandoquidem sacra publica, in quibus *hostiae*, *victimaeve* forent mactandae, Monaulorum quidem, et Fidicinum, et Tibicinum carere pompa poterant, Poparum ministerio nunquam. Ergo qui in Pompeiorum sacris Ministri occurrunt cum additamentis M. S., aut T. S. hi sine controversia alii a *Popis Ministri* censendi sunt, si pro *Monaulis*, aut *Tibicinibus* interpretari placeat.

Censoria item virga notanda, quae de voce PITVLO alio loco (3) inani labore congessimus. Est autem Oppidi nomen sine controversia, quae *C. Iulii Panisci* patria. Deleo item, quae de vocibus SENATEIS. TANGIN. (male apud Marinium (4) *tangit*) conieci (5). Reddito: *Senatus decreto*, vel *arbitrio*.

Schol. *4.* Cumano in agro Collis adsurgit ad Septemtrionem spectans, cuius radices ab Oriente protenduntur in Lacum Lucrinum, qua parte adhuc dum Ciceronis commendatur *Cumanum*, quem

---

(1) Risp. all' Opusc. Osservaz. sopra un Lib. intitolato: *In sacra nonnul. Pompeior.*

(2) Vide Brisson. *De Formul.* Lib. I. Cap. 19.

(3) Comm. X. pag. 48.

(4) Fr. Arv.

(5) Comm. V. pag. 164.

se in locum recepit Agrippina enatans, vix a Neronis filii insidiis tuta. Diversa heic, non uno tempore, ingentiaque collecta sunt fistulae plumbeae fragmenta ; quorum quinque penes sunt Can. de Iorio V. C. , unum dumtaxat in Regio Museo Borbonico amplissimo adservatur.

Inde aquae ab Averno derivatae Ciceronis irrigabant *Cumanum*, quod praeterfluentes , Baulis , Miseno decurso , eo influebant, qui post *Piscina mirabilis* locus nominatus. Conspicua adhuc in colle memorato sunt *Cumani* alterius vestigia , quod quale , cuiusque fuerit, ex tubi fragmentis literatis facile addiscitur , in quorum singulis , qua integra , qua imminuta, haec literis prominentibus signantur:

C . POPPAEI . AVG . L · HERMETIS

Characterum altitudo unciarum duarum ultra minuta duo. Hoc igitur *Cumanum* , alterum sine dubio a Tulliano, in C. Poppaei Hermetis ditione fuit, qui AVG. L. cietur. Sed cave τὸ AVG. pro *Augusto* accipias. Dic potius *Augustae* , haneque Poppaeam intellige Neronis , quae etsi T. Ollio genita , C. tamen Poppaei , avi sui materni, nomen praeoptavit , quod huius honesta , T. Ollii damnata memoria esset. Consule Tacitum (1).

Cumanae quoque originis tubi huius aquarii frag-

(1) Annal. Lib. XIII.

mentum aliud plumbeum, quod Musei Spinelliani κειμήλιον est:

PVEL . MVNICIP . CVMANOR

De *puellis* utique *alimentariis* res est, quae publice alebantur. Verum *Traianales* haene, an *Faustinianae*? Nihil ausim certi statuere.

Schol. 5. Aeclanensium denique meorum inibo rationes, quibus haec accessio qualiscumque minime invidenda. Initium esto a

Sacr.

1.

IVNONI . AVGVSTAE
M . MVMIVS . MARCELLIN

De Feminarum *Iunone* vulgaria, et protrita omnia.

Caesar.

2.

. . GERMANICO , CAESARI

Publ.

3.

. . . .
. . . . . *Quod*
Quinquennalit. SVAE . INTRA *primi*
Spatium . ANNI . HS . LXIII
Pro . *Lud* . *reprae* . SENTAVIT . SPL
endidis . SIMVS . ORDO
Aecla . NENSIVM . OB . M
Eius . POSTVLATV . P

Statuam puto, populi postulatu, positam ab Ordine Aeclanensium splendidissimo *ob meritum*, nescio cui, qui forte *intra* Quinquennalitatis suae annum quem quis certo dicat? pro Ludis HS. 63000 repraesentaverat. Conferantur haec cum titulo Ti. Claudii Nepotis. Q. IIvir. Quinq. item Aeclanensis (1). *Postul. populo* in titulo ad Lirim detecto (2), quique ad an. referendus A. V. 249. Ergo POSTVLATV P. est *postulatu Populi.*

---

(1) Spicileg. Eclanese del 1824.
(2) Fr. Ar. facc. 630.

4.

VITELLIAE . Q. . .
MIMAE . T . P . *ec. sua*
ZMVRNA . I . . . .
ET . GRATVS . *b* . *m*
FECERVNT

Vitelliae Q. Vitellii Libertae, aut filiae, (stare enim utrumque potest) monumentum ponunt Vitellii Servi tres, Smyrna, et Gratus : tertii namque nomen detritum, una superstite hasta I. Marmor penes me est. Vitellia dicitur *Mima*. Servitutis, an professionis, hoc nomen? Si Vitelliam Quinti Libertam velis, *cognomen* hoc erit, quod nomen ante servitutis fuerat. Si Filiam: iam pater eius Libertus. Ergo Libertina, quod Liberti Filia. *Mimae* igitur professionis *nomen* erit potius, quam *cognomen* a servitute repetendum.

5.

VIBI . SECVND
VIBIVS . CRI
SCINS . B . M . F

Criscins pro *Crescens*. Vibiorum Aeclanensium seges ampla satis.

6.

L . FVNIVS . L . L
ANTIOCHVS . HIC
SITVS
IN . FRONTF . P . XII
IN . AGRO . P . XII
SIGILL

7.

PIERI
COR . CETHE

Pierii. *Corn*. *Cethegi*. Subaudi: *Servi*. Confer cum alio item aeneo Aeclanensi (1), in quo est: *Fortis*. *Cor*. *Cetheg*. Aeclanense item hoc, quod sequitur, quod nunc mei iuris est, dono viri eruditi, eiusdemque amici, Carmini Modestini.

8.

C . POPILLI
PRISCI

9.

M . VINICI
BABVLLIANI

Cum manubrio.

---

(1) Ricerche sull' ant. Citt. d' Eclano. Facc: 141.

10.

ILLƎSIV · ꟼ

Pompeian. orig. Gentem Viselliam memorat marmor de Museo olim Franc. Danielis:

M. Visellio
C. F. Ter. Balitori
Atleiae. C. F
Pollae

11.

. . OCCIV . .

In reliquia marmorei aquaeductus Aeclanensis.

12.

IAMSIЯATVJAS

IЯƎJAV · ƎANAI

TAЯ · ƎS · J · Ɔ · ƎANA

Salutaris Maiianae (*an Marianae*?) Valerianae. C. F. SErv. RATion.

13.

AIЯ · T

Schol. 6. Non unius generis, nec eiusdem originis haec, quae sequuntur, quae amice nobiscum communicavit Vir ornatissimus Can. de Iorio, quorum nonnulla iam edita. Misenatium haec, in qua de III. *Pietate* iniecta mentio, item et *de Augusto* bis:

I.

D . M .

. . . .

. . . . . . EX . III . AVG . NAT . SARDVS
MILIT . ANN . VIII . VIX . ANN . XXXV
NVMISIVS . ROMANVS . EX . EAD
III . IVLIVS . ROMANVS . III . PIETAT
HEREDES . B . M . FECER

Numisius romanus ex eadem Triere *Augusto* fuit. Eiusdem nominis *Navis* III *Aug*. occurrit apud Gorium (1), et in hoc Musei Borbonici marmore:

D . M .
Mirtini . Valeri
Milit . class . Pr. Mis
III . *Aug. Vixit . ann*
XXII . *Q . Cassius*
Romanus . Vior
M . R . P .

VIOR. Non dubito, quin scalptori exciderit pro *Victor*, uti ex hasta superposita horizontali datur intelligi.

Animum novitate sua percellit Baianum hoc nobis ab eodem V. C. Can. de Iorio nuper traditum, quod pretii

(1) Etr. T. III. pag. 68. n. 97.

quantivis sine haesitatione aestimandum, si ita restituendum, legendumque, uti per nos factum;

Impp. M. Aurel. Antonino. et. L. Commod. Vero
Divi. Pii. Fil. Divi. Adrian. Nepotib
Divi. Traiani. abnepotib
DIVI . NERVAE . ADNEPOTIB
Na.VARCHI . CLASSIS . PRAETOR . MISEN
Quod. iura. Ce . NTVRIONATVS . QVIBVS . DIVVS . PIVS
Eosdem. orn . AVERAT . ADDITO . TERTIO . ORDINE
Supra. s. PEM . AEQVAVERINT

Titulum hunc, quem Navarchi Clas. Pr. Misen. Baiis in Aede Dianae Luciferae ponendum curarunt, non ultra ann. Aer. Vulg. 164. retrahi posse, arbitror. Verum ecquis *tertius* hic *Ordo* Navarchis *adiectus*, quo adiecto, aequatum ipsis cum Centurionibus ius, quo fuerant ante a Divo Pio ornati? Puto, *Centurionatum* ipsum, cuius quidem *iure* fuerant ante cumulati, quin tamen in Centurionum *Ordinem* fuissent *recepti*. In Classiaria igitur militia duo *Ordines* Centurionatum tempore, non dignitate, praecedebant, quorum medius, qui Centurionatui proximus, Ordo erat *Navarchorum*. M. igitur Aurelii Antonini, et L. Commodi beneficio, quod minime sperassent Navarchi Class. Praetoriae, in Centurionum *Ordinem recepti*, et Centurionibus aequati in omnibus. 3

2.

D . M
FLAVIVS . DIOGENES . DVP
AVRELIAE . COMMODIANAE . CONIVGI
B . M . FECIT . QVAE . VIXIT . ANNOS
XXXI . M . VIII . D . XX

In loco, qui nunc *Campi Elysii*. DVP. *Duplarium* militem innuere videtur. Puteolanum hoc:

3.

C . BRINNIVS . C . L
NICEPHORVS

Cumana item non pauca nunc ad nos delata, quae iamdiu ipsi per nos ex autographis suis propria manu descripseramus, quaeque eruta Cumis fuerant mense Maio ann. 1755. Sunt autem huiusmodi :

4.

PAVILLIA . M . F
ꟿ . PAVILLIVS . ꟿ . F
C . PAVILLIVS . TI . F
C . PAVILLIVS . C . F . TI . N
TI . PAVILLIVS . C . F
INSTANIA . M . F
C . PAVILLIVS . C . F . C . N
PAVILLIA . C . F . CORNVTA

Postremae huius vocis quatuor ultimi characteres in nexu cubant.

5.

C . PAVILLIVS . C . L
NICIA
PAVILLIA . C . L . HILARA
PAVILLIA . C . L . EROTIS
SECVNDIO . A . IX

Erotis, ut *Hilara*, Libertarum cognomina. *Secundio* vero nomen *Servi*, cuius unius defuncti anni recensentur.

6.

PAVILLIA . C . L
SYNTHEA

7.

C . PAVILLIVS . C . L
HERACLEO
MARCIA . C . L . LAVDICE

8.

PAVILLIVS
HIPPARCHVS
VIXIT. ANN. XIV

Hactenus de *Pavillia* gente, quam apud Cumanos insignem, quisque per se videt.

★

9.

NINNIA. Ɔ. L
EPIGENIA
L. MAECIVS. L. L
HILARVS

10.

APPIA. Ɔ. L
PRIMA. SIBI. ET
PATRONAE. C. L. EPINI. F.: *Elpidi.*

Insigne, quod sequitur, *Dendrophororum* monumentum, mutilum tamen, a parte potissimum dexteriore, Baiis recens effossum asseritur. Cum itaque sinus Baianus medius sit Puteolos inter, Cumasque, ad oppidum alterutrum referri Dendrophororum hocce laterculum, seu *Album*, ut vocant, aequo utrimque iure potest. In utrumque deductae ab Augusto Coloniae (1). Sed pro Cumis propendet animus, in quam sententiam sic restituo:

(1) Goes. p. 137. I. 39.

II.

Municipii . Cumani
*Dendro*PHORI.QVIBVS.EX.*S.en.cons.coire.licet*
VARIVS . PHILLIVS *(f. Philetus*
VINNIVS . FLORVS
NVLANIVS . HERMA
MEVIVS . HERACLIDA
AGRIVS . SVCCESSVS
SEIVS . *e* . VHODVS
ERIDIVS *(f. Epidius)* RVFVS
MARIVS . LVPVS
AVIENVS . QVARTE . *inus*
IVLIVS . . . . .
LVCCEIVS . VICTOR
PORPHIRIVS . VARVS
LVCCEIVS . AEMILIAN . *us*
LVCCEIVS . FELIX
VINNIVS . IANVAR . *ius*
IVLIVS . RVFINVS
CLAVDIVS . CORNELIVS
MAMMIVS . EVCRATVS
MAMMIVS . EVCRATIANVS

Novemdecim cientur Cumani Dendrophori, quibus ex Senatus consulto coire licebat. Hi binomii omnes, adeoque Municipes. De *Municip. Cumanor.* recole, quae supra ad Schol. 4.

Coronidis loco sunto gemmae duae Aeclanenses, quarum una coloris subviridis, quo nescio casu, paullum infuscati, quae nunc mei iuris est.

Cererem videtur exhibere την πολυσταχυα, *frugum parentem almam*, quam Appuleius vocat, quaeque Fratribus olim Arvalibus *Dea Dia* fuit, ut coniecturis optimis fere extorquet vir summus Caietanus Marinius. Sellae insidet, cui dextra innititur, laevaque spicam corripit opimam, cuius calami partem extremam, quae radici proxima, Locusta mordicus tenet.

Gemma altera penes est Iacobum Catonem, cives inter Iesualdinos primarium, quam inspicere nondum licuit. De ὑποκυανιων (*subcaerulearum*) genere asscritur, pretiique minime vulgaris. Martem refert cum graeca inscriptione, quae sic ad nos delata :

ΑΡΗΣ ΟΡω Ρ
ΟΜΑΝ ΔΑΡ..
Ν..

Quae sic integranda videtur : Αρης ὁρω ρομανον δαρθανοντα : *Mars excitabo romanum dormientem.* Belli forlasse Socialis το προγραμμα aliquod peculiare Hirpinum, cuius belli Aeclanenses olim pars magna fuere. Confer, quae alibi (1) per nos hac de re sunt commemorata.

(1) Ric. sull' ant. Città di Eclano.

Extremum hoc, finemque faciam. Pro Consulibus Municipalibus asserendis obiectus nobis a nupero Scriptore fuit (1) L. Licinii Surae triplex Consulatus, ut in marmore Tarraconensi apud Gruterum (2). Atqui repositum est, triplicem hunc Surae Consulatum longe aliud olere, quam Consulem Municipalem. Nam revera L. Licinius Sura ter fascibus romanorum Consularibus ornatus prodiit. Primo Suffect. ad an. aer. vulg. 98. Deinde Ordinar. ad an. 102. Tertio item Ordinarius an. 107.

Et hactenus haec, quae multoru m ciere in multis salivam valeant, quaeque intra iusti Commentarii modum, pro modulo nostro, conclusa, novo illi iamdudum vulgato, pleno iure volumus exhinc substituta cum auctario sequente.

Schol. 7.

Addenda Pompeianis.

I.

Fastis Pompeiorum IIviralibus nuper additus ex titulo parietino IIvir alter, nomine *M. Artorius*, cui Coll. *L. Veranius*. Ecce nunc tibi *Artorii* Lib. professione Architectus.

M . ARTORIVS . M . L . PRIMVS
ARCHITECTVS

(1) Vid. *Consol. voluti Municipali* pag. 34 et seg.
(2) Pag. 429 n. 9.

Alterius item IIviri nominis unum *Longini* cognomen superest, tum in alabastrino fragmento, cum in patera quadam, estque huiusmodi.

. . LONGINVS . II . VIR

Aediliciis quoque titulis addendi hi duo:

SVETTIVM . ET . HERENNIVM . AED . OVF

Et;

A . VETTIVM . C . APRASIVM
FELICEM . AED . O . V . F

Uberior tegularum numerus, quarum nobis copiam, de more, fecit V. C. Can. de Iorio.

II.

Tegul.

Tegulae tres figurae sunt circularis, suntque eiusmodi;

I.

A
I S Ɔ
⊥

Lege: *Casti.*

2.

A T L SVCCESSI

Successi tres: *Aul. Tit. Luc.*

3.

L . POTISCVS . TI . CLAVDI . AVG

Sigillum hoc facile retulerim ad hoc, quod sequitur, in quo tamen forte descriptoris incuria, pro *Potisci*, est *Sotosci*. Sic enim res se habet:

4.

L. SOTOSCI . TI . CLAVDI

Quamobrem ex hoc posteriori primum sic legerim: *L. Potisci. Ti. Claudi. Aug.* Initialis ergo *L* non *Liberti*, sed *Lucii* praenominis vim habet. Non igitur perpetuum, ut Liberti patronorum sibi praenomina adsciscerent.

5.

PSILI . HAN

Tres ultimae literae nexu exhibentur. Lege: *P. Silii. Han.*

6.

MA . SVIIOA . M

M. Adeus. Am. Duplex II pro E.

7.

L · EVMACHI

Terque in tegulis occurrit: sed in reliquis duabus tertius, et quartus character nexu in unum colligantur. L. hic Eumachius Pater fuisse videtur *Eumachiae*, *Pompeior. Sacerd. publicae* (1).

8. HOLCONIA

9. HOLCONIÆ . ME

Quae ad gentem Holconiam referenda Pompeiis notissimam.

10. NARCISSI . AVGVSTI

11. NARCISS
AVGVSTI . L

De hoc Claudii Liberto notissimo consulendi Tacitus, et Svetonius in *Claudio*.

(1) Conf. Fast. IIvir. di Pomp. facc. 88 89.

12.

VAC . *int*. HI
IVLIAE
AVGVSTAE

13.

DOMITI^A ALEXAN

Domitia Alexandri uxor. A, et N nexu illigatae.

14.	15.	16.
EROTIS	SABATI	L . ANNI . DELI

17.	18.	19.
ANNI . DELI	A . APVLEI PVDENTIS	Q. LEPIDI

20.	21.
SABAI'	SABA'I'

Legerim in utroque *Staberi Apic.*

22.	23.	24.
Q. VARI	MYSTIS	LVCILI

25. L. MACI . RE

26. MREN

27. I. FVSCI

Unius viri ambo fuisse videntur, quod si velis, MREN erit *Macii Ren.* F. *Renati.*

28.

L. APICA' ON

In duplici tegula occurrit, ex cuius utriusque collatione videtur legendum: *L. Apicii. Apon.*

29. BALBVS

30. VOLVMNI

31. HOSTI

32. QR

33. CHRE . ..

34. H . D

35 DE

H, et R sunt in uno nexu

36. N . D

37. CNI

38. M. AERIVS . MI

39. M. SILLIVS . M.

40. N. SILL . M . N

41.

N. SILLIV. N

42.

ꟻ . ꟼMA . ƆA . M

Forte: *M. Accius. Amp. Fil.*

43.

MA . SVIIᗡA . M

M. Adeus. Am

Quae omnia cum aliis eiusmodi non paucis per occasionem hac illac inspersis, addenda praecipio Opusculo nostro, cui titulus: *Alcuni Sigilli antichi spiegati*, si quando contigerit, typis iterum committi.

Sigillum olim attuli Aeclanense ad pedis instar (1), in quo haec insculpta:

PROD·TITI
LIBIACT

(1) Ricerch. dell' antica Città d' Eclano. Novelli monumen. an. 1824.

Legeram: *Pr. C. Di. Titi. Libi. Act.* Fucum fecit tertia litera, quam pro C acceperam. Sed videtur O, cuius pars dexterior maiori ex parte extrita. Legerim itaque: *Proditi. Ti. Libi. Act.* Subaudi *Serv.* Sub voce autem *Proditi* servi nomen latet, qui videtur *Proditus.* Quae si vera sint, in spongiam incumbant, necesse est, quae in hanc rem multo labore congesta in loco cit. sunt.

Pompeianis addatur et hoc:

MARTIALEM
IVDICIS . AVG . FELIC

Idest: *a iudiciis* pagi *Aug. Felicis.*